appellationibus tam in accessorio quam in principali negotio. Obtinendis instantiis ad
quasvis Bannitiones ac earum publicatione interponendas eaumque quibusvis per ad
versarios prosequutionibus et in universum omnibus iuris remediis et defen
sis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus humanaque mente
fine procurandis ac exercitandis se cum suis successoribus Actis absentibus
et abrenunciando sub cautione suorum bonorum successorum sibi Celsa.

Dzierzek cum Zaluzie Intromissio.

Ministerialis Regni Generalis Provincialis Joannes Sobiesz authenticus et iuratus
offo pnti bene notus coram eodem officio personaliter stans una cum Nobilibus
Joanne Malinowski et Alberto Krzeczowski publice recognovit
quia die hesterna condescendendo ad villam Zaluzie in Capitaneatu
hoc Bransciensi sitam ibidem vigore Privilegii Sacrae Regiae Maiestatis
Generosum Christophorum Dzierzek in totam et integram villam eiusmo
di Zaluzie eiusdemque villae agros fundos prata campos sylvas
rubeta Mericas additamenta subditos eorum Boves pueros horte
lanos Censibus Laboribus podwodas et cunctam obedientiam genera
literque cunctas Utilitates et attinentias ad Praedictam villam nunc et
antiquitus spectantes iuxta latiorem continentiam eiusmodi Privilegii
ex libera admissione Magnifici Francisci Leszniowski Capitanei
Bransciensi Nemineque alio tam in bonis quam hic circa Acta impe
diente intromisisset et in pacificam possessionem contulit ac subditis
obedientiam praestandam iniunxit de quo Relatio praesens.

Turobóyska Exemptio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Bransciensis personaliter comparens Ge
nerosa Anna de Wesolka Sladowska relicta primi olim Generosi
Stanislai Hieronimi Zalewski ad praesens secundi Matrimonii coniunx
legitima Generosi Thomae Sczawinski Pallatinidis Podlachiae cum mo
derni sui Mariti personali assistentia et consensu praesentanea sana
mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia
sibi Generosa Catherina Rythelowna consors legitima Generosi Achatii
Turoboyski Actis soror et successor legitima olim Generosi Petri Hercu
lis Rythel ex obligatione tabernae et duorum Mansorum in
haereditate Topczewo Ecclesiastica sitorum sibi recognoscenti
per olim Generosum Petrum Herculem Rythel inscriptione per mo
dum Intercisae certa coram Actis Castrensibus Bransciensibus roborata et
vadio firmata in summa Trecentorum Florenorum Polonicalium inscripta
eandem summam Trecentorum Florenorum Polonicalium ex integro persolvit
ideo ipsam quietat inscriptionem cassat et de bonis eius in Intercisa
exparatis Actis haeredibus et successoribus legitimis condescendit.